

*GE.* quid faceres si aliud quid graviu' tibi nunc faciundum 30  
foret ?

*AN.* quom hoc non possum, illud minu' possem. *GE.* hoc  
nil est, Phaedria : ilicet.

quid hęc conterimus operam frustra ? quin abeo ? *PH.* et  
quidem ego ? *AN.* obsecro,

210 quid si adsimulo ? satinest ? *GE.* garris. *AN.* voltum  
contemplamini : em

satine sic est ? *GE.* non. *AN.* quid si sic ? *GE.* prope-  
modum. *AN.* quid sic ? *GE.* sat est :

em ĩstuc serva : et verbum verbo, par pari ut respondeas, 35  
ne te iratu' sũs saeviticis dictis protelet. *AN.* scio.

*GE.* vi coactum te esse invitum. *PH.* lege, iudicio. *GE.*  
tenes ?

215 sed hęc quis est senex quem video in ultima platea ? ipse  
est.

*AN.* non possum adesse. *GE.* ah quid agis ? quõ abis  
Antipho ?

mane inquam. *AN.* egomet me novi et peccatum meum : 40  
vobis commendo Phanium et vitam meam.—

*PH.* Geta, quid nunc fiet ? *GE.* tu iam litis audies ;

220 ego plectar pendens nisi quid me fefellerit.

sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,  
id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria. 45

*PH.* aufer mi " oportet " : quin tu quid faciam impera.

*GE.* meministin olim ut fuerit vostra oratio

225 in re incipiunda ad defendendam noxiam,